

Quamquam Lysiae orationes intentissimis multorum huius aetatis doctorum curis magna ex parte et explicatae et emendatae sunt, tamen hodie quoque non desunt loci, qui aut suspicionem aliquam moveant, aut omnium qui de Lysia egregie meruerunt ingenia quum diu multumque exercuerint, pro iis iam videntur esse relictii, quibus medicinam afferri posse paene sit desperandum. Quam qui exco-gitandi et inveniendi fecerit periculum, is veniam certe, opinor, impetraturum se esse sperare ac prope confidere poterit. Itaque nonnullos ego hac scribendi opportunitate oblata in disceptationem vocare animum induxi, non quo tot viris ingenii copia et mentis acumine et doctrinae varietate tam praeclaris praestare me posse putarem, sed ut tabis tamquam qua laborant loci memoriam renovarem et novam aliquam, si modo possem, monstrarem salutis inveniendae viam, quam secuti variis illi quidem ut in re lubrica erroribus meis adiuti eo certius quam ego certe secutus essem ipsi consequerentur metam.

Ac primum quidem dubitationis plenissimus est locus orationis XXVI contra Euandrum habitae §. 12 sqq. p. 797 R. *Ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς οὐδὲν ἔρχεται, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς τὸν ἀπανταχθόνον τῶν μεγίστων κύριος γενέσθαι.* Accusatur Euander, qui vicarius Leodamantis archontis eponymi dignitatem sortiti constitutus erat, quod optimatum partibus addictus fuerit et trigintavirorum dominatu urbe pressa magistratum gesserit. Dicit autem orator multo minus rempublicam subituram esse periculi, si senator quam si archon eponymus sit constitutus, quamquam ne illud quidem ferendum esse confirmat. In verbis igitur *ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς* oppositis illi senatoris muneri, quo si ille fungatur levius incommodum esse putat orator, apparet verbum deesse, unde genitivus suspensus sit. Quod mihi quidem ob similitudinem litterarum a librario videtur omissum esse a Lysia ipso ita scriptum: *ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς ἀξιούμενος ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς οὐδὲν ἔρχεται.* Eadem plane ratione Lysias ipse infra dicit *τοῦτον ἡφ' ἑμῶν τοιαύτης ἀρχῆς ἡξιωμένον.* Et simile est quod Or. XII c. Eratosth. §. 68 de Theramene dicitur *τιμώμενος δὲ καὶ τῶν μεγίστων*

δξιούμενος αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος σώσειν τὴν πόλιν αὐτὸς απώλεσε. Jam pergit ad reliqua orator ὡστε ὑμῖν καθήκειν περὶ ταῦτης τῆς ἀρχῆς ἀκριβεστέραν τὴν δοκιμασίαν ἡ περὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν ποιεῖσθαι, εἰ δὲ μή, πῶς οὕεσθε τὸ ἄλλο πλῆθος τῶν πολιτῶν διακείσεσθαι, δταν — ὕδωσιν ἐστεφανωμένον, καὶ ἐπι-
κλήρων καὶ ὁρφανῶν κόρων γεγενημένον, ὃν ἐνίοις αὐτὸς οὗτος τῆς ὁρφανίας αὐτίος γεγένηται; ἀφ' οὐδὲ οὕεσθε αὐτοὺς χαλεπῶς διακείσεσθαι καὶ ὑμᾶς αὐτῶν αὐτίον ἥγήσεσθαι, δταν γένωνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς αὐτῶν πολλοὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπῆγοντο καὶ ἔζητοι ὑπὸ τούτων ἀπώλλυντο κτλ.
 De quo loco vehementer alii ab aliis dissenserunt viri docti, ita ut Marklandus scriberet τ. ὑμᾶς πάντων αὐτίον ἥγήσεσθαι ὅσα ἐγένοντο ἐν ἐκ. τοῖς χρόνοις, quum Sluiterus Lectt. Andoc. p. 271 proponeret δταν ἔννοωνται ἐν ἐκ. τοῖς χρόνοις, cuius vestigia presserunt Franckenius Comm. Lys. p. 191 δταν μεμνῶνται τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις et Rauchensteinus, qui maluit δταν ἀναμηρθῶσι τῶν. Sed hanc sententiam minus aptam esse putaverim, quum non conveniat dici, mentionem facturos esse homines praeteritae qua pressi fuerint calamitatis potius, quam eius qua in praesentia laborent iis qui iam antea pessum dederant rempublicam in sortitione iterum probatis nec, ut par erat, reiectis et repulsis. Nec magis convenit quod P. Müllerus voluit de loc. Lysiae p. 12 δταν πάλιν γένωνται ἐπ' ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, quod quamquam dici potest de hominibus qui in manu quasi alicuius sunt et potestate hominis aut rei, tamen minime convenit dici, Athenienses iterum in manum venire eorum temporum, quibus ea quae enumerat orator scelera committebantur. Alia est sententia Kayseri, qui (Philol. XI. p. 159) scribendum censuit καὶ ὑμᾶς πάντων αὐτίον ἥγήσεσθαι ὅσα γεγένηται ἐν ἐκ. τ. χρ. At propterea quod nunc non reiiciunt Euandrum Atheniensium senatores dici non possunt culpam sustinere eorum quae antea trigintaviri cum suis reipublicae inflixerunt malorum. Huc accedit ipsa enuntiationis forma, qua illud quod sequitur κάκεινα προσενθυμηθῶι non habet unde suspensum esse possit. Simili vitio laborat illa conjectura Marklandi καὶ ὑμᾶς πάντων αὐτίον ἥγήσεσθαι ὅσα ἐγένοντο. Magis aptum est sententiae quod idem ille voluit Müllerus (Beitr. z. Kr. des Lys. p. 12) δταν γένηται ἢ γεγένηται ἐν ἐκ. τοῖς χρ., quamquam non appareat, quemadmodum inde illud quod scripsit librarius potuerit proficisci. Eadem sententiam sequitur et Reiskius conjectura δταν — ἐν ὅμοιοις ἐκ. τ. χρ., et Scheibius, qui scripsit δταν ταῦτα γένηται ἐκ. τ. χρ., quamquam hic quoque γένωνται illud mutari necesse est, quod certe cum ταῦτα coniunctum plane a Lysiae dicendi genere videtur abhorrere (cf. Bernh. Synt. p. 418). Quod

nescio an ita retinendum sit, ut ad ipsos eos si qui sortitione probati sunt nefarios homines referatur. Scripsisse enim mihi videtur Lysias tale quid: ὅταν γένονται οὗτοι vel ut est apud Lysiam XXIV, 25 ὅταν γένονται ἐν δυνάμει οὗτοι ἐν ἐπείροις τοῖς χρόνοις. Tum commemoratio eorum quibus pressi fuerint malorum fit ita, ut ii ipsi significantur, qui culpam atrocitatis priorum illorum sustinebant temporum, quae monet orator senatores, ut sortitione Euandri improbata cavere velint, ne posthac redeant. Jam restant ultima huius demonstrationis verba κάκεινο προσενθυμηθῶσιν, διτὶ δὲ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Θρασύβουλος αἵτιος γεγένηται Λεωδάμαντά τε ἀποδοκιμασθῆται καὶ τοῦτον δοκιμασθῆται, τοῦ μὲν κατήγορος γενόμενος, ὑπὲρ τούτου δὲ ἀπολογήσασθαι παρασκενεασμένος, δις δπως πρὸς τὴν πόλιν διακεῖσθαι καὶ πόσων αἵτιος αὐτῇ παπῶν γεγένηται tam plena illa quidem dubitationis, ut quamquam in libris manu scriptis nullum invenitur lacunae vestigium, viri docti tamen manca et interrupta illa esse plerique putaverint, secuti iudicium Taylori, quem ipsum sententiam requiri hanc rectissime conieceris volunt: „qui qua sit in rempublicam voluntate et quot quamque atrocium malorum auctor extiterit, omnibus notum est civibus: quare nolite ei fidem habere: alioquin si fidem habebitis, quantam infamiam subituros esse vos existimatis?“ At quamquam non potest dubitari, quin locus librarii culpa corruptus sit (διάκειται etiam cum Scaligero pro διακεῖσθαι scribendum esse evicit Scheibius Emend. Lys: p. 31), tamen vix statui necesse est, totam aliquam intercidisse enuntationem, cuius nullum in codicibus est vestigium, sed quemadmodum Reiskius scribi voluit παρεσκενεασμένος δν γίστε δπως πρὸς τὴν πόλιν διάκειται — φ πειθόμενοι πτλ., ita veri est simile nihil aliud omissum esse, nisi illud ipsum unde suspensa esset ea quae ab δπως initium capit enuntiatio. Quod eiusmodi fuisse consenteaneum est, ut similitudine litterarum deceptus facile negligere potuerit librarius; nisi forte in δπως aliud delitescere vocabulum existimandum est, quod ὡμῶς ab oratore scriptum esse fuit quum coniicerem. Sed quum superlativo potius qui vocatur gradu (ut Isoer. Euag. §. 48) usurum et id quod sequitur πόσων potius πόσων (vel τίνων) οὐκ αἵτιος scripturum eum fuisse intellexisset, factum est, ut postea tale quid quod scriptum erat librarii culpa corruptum esse suspicarer: δις σιωπῶ δπως — διάκειται καὶ δπόσων αἵτιος αὐτῇ παπῶν γεγένηται. Quod sequitur γι πειθόμενοι πῶς ἐν οἰεσθε διαβληθῆται, id tum rectissime habere videtur. Nam orator incommoda, quae Euandro in examine ab senatu probato ad rempublicam redundatura sint, longius persecutus

primum commemorat, quemadmodum reliqui cives futurum sit ut animis affiantur, quos indignabundos culpam omnium omnino scelerum ab Euandro postea commissorum iudicibus dicit imputaturos esse, praesertim memores Thrasybulum in causa esse, quod Leodamas reprobatus, Euander contra probatus fuerit. Iam etiam adiicit quod maius est, vel ipsos iudices in omnium invidiam ac reprehensionem esse incursum, quos Euandro non reiecto iam appareat Leodamantem non iusta ratione sed suaे ipsorum libidini indulgentes reprobavisse. Atque ea sententia non est, cur non adiiciatur iis ipsis quae sequuntur verbis $\eta\piειθόμενοι$ (sc. Θρασυβούλω) πῶς δὲ οἵεσθε διαβληθῆναι, quae quidem cum vi quadam opposita appetit referenda esse ad illud quod antea dixerat πῶς οἵεσθε τὸ ἄλλο πλῆθος τῶν πολιτῶν διατείσεσθαι, ut nihil praeterea requiratur ad eam quae exspectatur sententiam consummandam nec necessarium esse videatur haec verba ea interpretari ratione, qua Taylorus voluit, quem Scheibius Emend. Lys. p. 31 secutus est.

Verum ab his incertis ad certiora ut transeam, leguntur Or. XXIV $\dot{\nu}\pi\acute{e}\varrho$ τοῦ ἀδυνάτου §. 14 p. 750 R. haec verba ἀλλὰ γὰρ οὐτε ὑμεῖς τούτῳ τὴν αὐτὴν ἔχετε γνώμην, οὐδέ τοις εὖ ποιῶν, quae quamquam plerumque pro corruptis sunt habita, tamen sana esse me probaturum esse spero. Quod quo certius fiat, primum de sententiarum ratione, in qua cardo rei versatur, paucis explicandum mihi esse video. Atque reus indignabundus, quod accusator oboli publice accepti beneficium, ut quod decretum sit hominibus egenis et invalidis, denegari sibi voluerit, quod reum opibus et corporis firmitate valere diceret, accusatorem hic quoque ut iam supra irridendo et cavillando refutare studet, quum dicat, hanc si ille apud iudices obtineat sententiam, nihil quidquam morae futurum esse, quin et ipse sortitione facta in novem archontum numerum asciscatur, et eruptum sibi ut sano oboli beneficium accusatori potius ab iudicibus ut homini debili decernatur. Nam veri non esse simile, quem iudices propter opes et bonam rei familiaris conditionem obolo fraudaverint, eundem propter debilitatem corporis archontum consilio alios esse prohibituros. Iam addit ea quae supra scripta sunt verba, quae quomodo explicanda aut emendanda sint, vehementer viri docti alter ab altero dissentunt. Ac plerique sane sequuntur Sauppii conjecturam οὐδέ τοις εὖ ποιῶν, qua ut a litterarum similitudine commendatur, ita non magis recta efficitur sententia, quam eo quod alii tutati sunt. Nam quomodo reus accusatorem sanae mentis laude praedicare potuerit, praesertim quum sequatur ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐπικλήσον τῆς συμφορᾶς οὖσης ἀμφισβητήσων

ηρει πτλ., id non magis indagaveris, quam quomodo, id quod sunt qui defendant, et iis quae sequuntur ὁ τῶν εὖ φρονήσων ἔργον ἐστί ad commendandum hoc ipsum εὖ φρονῶν vel levissimum possit accedere momentum. Videntur autem illi secuti esse Marklandum, qui coniecerat οὐθ' ὅστις εὖ φρονῶν, quod ad sententiam rectissime stare posset, nisi singulari quadam ratione pro ὅστις εὖ φρονεῖ dictum offenderet, quod non eiusmodi certe defendi appareat locis, qualem habemus apud Dem. Phil. III §. 15 p. 114 R. ἀλλ' ἐστιν — ὅστις εὖ φρονῶν ἐκ τῶν ὀνομάτων μᾶλλον η̄ ἐκ τῶν πραγμάτων τὸν ἔργοντ' εἰρήνην η̄ πολεμοῦνθ' ἑαυτῷ σκέψασθ' ἦν. Nec magis acquiescere licet in Scheibii coniectura οὐθ' οὗτος ὑμῖν ὥστε εὖ ποιῶν („tamquam in ea re recte faciat“) Reiskii opinor vestigia secuti, qui voluerat legi οὐθ' οὗτος ὑμῖν εὖ ποιῶν sc. τὴν αὐτὴν ἔχει γνώμην. Nam haec quidem videtur esse mera quae vocatur ταυτολογία. Aliam plane nuper ingressus est viam P. Müllerus, qui quum in Philologo XII p. 161 locum ita constituendum esse dixisset οὐθ' οὗτος ὑμῖν. ὁ μὲν γὰρ εὖ ποιῶν ὥσπερ ἐπικλήσουν πτλ. („ille, id quod ego factum laudo, quasi corporis mei imbecillitas — ἐπίκλησος sit, mecum litigatum venit“), postea in Emend. Lys. quae sanissima sunt pervertens falso quodam contrariae εὖ φρονῶν notionis indagandae studio abreptus, nec ea quae in εὖ ποιῶν sine dubio inest ironia satis perspecta scribendum esse proposuit οὐθ' οὗτος ὑμῖν. ὁ μὲν γὰρ παρανοῶν ὥσπερ ἐπικλήσουν πτλ., quasi vero in eiusmodi contrario nomine oppositis momentum esse posset ad totam sententiae rationem, quamquam in eodem errore iam versabatur Reiskius in iis quae posuit in interpretatione latina. Alio nomine reprehendenda est sententia Franckenii (Comm. Lys. p. 167) qua Kayseri, qui ἑαυτῷ pro εὖ ποιῶν scribere maluit, coniectura reiecta, quod illud ex superiori τούτῳ cogitatione addatur, („nec sibi ipsi consentit, et recte hercle!“) haec fere dicit: „Nam si sibi ipsi constaret, fatendum esset illi se ipsum esse claudum. Convenit hoc cum argumentandi ratione in superioribus καὶ ἡμεῖς ἔμοι μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν ὡς ἡγαιόντος, τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι πάντας ὡς ἀνατίθησθαι. Si ego, inquit, ita affectus non sum claudus, hic, qui contraria ratione est affectus, claudus est. In sequentibus autem omittit hanc sententiam: nam per γάρ annexitur demonstratio illorum οὐθ' ἡμεῖς τούτῳ — γνώμην.“ Verum duplex illa ex contrarie positis conclusio quamvis per se ipsa recte efficiatur, tamen ad ipsam loci sententiam nullius omnino appetet esse momenti. Eo enim quod accusatori ut clando et invalido homini decernitur obolus, minime tollitur ille metus, quem tamquam odiosum scrupulum reus ex animo

Atheniensium evellere se cupere simulat, ne ipse vere claudus sed ab iudicibus falso pro robusto ac valido habitus in archontum recipiatur numerum. Potius fit ita, ut iudices reum, ut est, pro vere claudio, accusatorem pro valido et divite habeant. Hinc apparet illa verba τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι πάντας ὡς ἀράχηρω nihil aliud quam ad risum movendum et ad illudendum accusatorem ab reo esse alteri primariae sententiae opposita, ut ingenio eum debilem ac depravatum potius quam corpore mutilum et invalidum carperet, eadem ratione qua §. 13 cum eo cavillatur εἰ γὰρ ἐξ ἵσου τῇ συμφορᾷ καὶ τὴν διάνοιαν ἔξω καὶ τὸν ἄλλον βίον διάξω, τι τούτον διοίσω; cf. §. 12. 19. Tum igitur ea quae addita est explicatio et demonstratio οὐ γὰρ δῆπον — minime pertinere potest ad utramque illam contrariam conditionem, cuius alterum membrum orator minime, ut fecit, omittere potuisse, sed ad unam illam enuntiationem τι με καλέει — ἕγκαίροτος. Ac ne illud quidem verum est, quod Franckenius addit: „per γάρ annexitur demonstratio illorum οὐδὲν διεῖσ τούτῳ — γνώμην,“ qua quidem enuntiatione causam contineri apparet, quae minime ad iudices sed ad ipsum pertineat accusatorem. Nec sine consilio invertit enuntiationum ordinem orator, quum ea quae de iudicibus dicta sequitur enuntiatione ipsa quam priore loco de accusatore posuit sententia plane infringatur et reiiciatur. — Denique quas Rauchensteinius timide sane commendavit suspiciones οὐδὲν οὐδεν δέ, τι ποιεῖ, οὐδὲν οὐδεν γαίρεται εἰς φρονῶν (vel εἰς φρονεῖ), vel etiam οὐδὲν οὐδεν εἰς φρονῶν, quod ipsum in omnibus editionibus in verborum recepit ordinem, earum prima adeo non confirmatur ratione sententiarum, ut potius quam semel pravam rationem accusator ingressus sit, eam pertinacissime persequi dici exspectetur; alterum quod deinde posuit nullius videtur esse momenti ad consummandam sententiam, illud denique quod in ipsis editionibus retinuit omnibus οὐδὲν οὐδεν εἰς φρονῶν, id quidem minime potest eam habere sententiam, quam addit patro sermone expressam: „er denkt selbst nicht so, wenn er bei Verstande ist,“ quae ut significaretur necesse erat scriberetur εἰς εἰς φρονῆ, nec magni illud dici refert, diversam accusatorem sequi sententiam, alteram mentis acie praestriktum, alteram mentis suae compotem. Sane quidem in eo vertitur totius cardo rei, ut monstretur aliquid, quod in iis quae sequuntur propriam suam habeat rationem et explicationem, nec illud difficile mihi videtur esse ad inveniendum, dummodo attendamus ad particularum ἀλλὰ γάρ usum notissimum, omissa aliqua quae inter ἀλλὰ et γάρ ex sententiarum ipsa ratione addenda est enuntiatione explicandum. Quam hoc loco nullam aliam fuisse nisi ἀλλὰ τοῦτο

οὐ φοβητέον ἔστιν, οὐτε γὰρ ὑμεῖς κτλ. facile est ad intelligendum. Nam reus quum eos qui audiunt bono animo esse iubere velit, quod illud quod lepidissime minatus erat, fore ut ipsi invalido et egeno homini archontis obveniat dignitas, non timendum sit ne unquam vere accidat, consentaneum est, ut afferat momenta quibus rem abominandam illam averti posse putet et praecaveri. Quorum alterum facile apparet hoc esse positum in ipsis iudicibus, quippe qui non eandem quam accusator de rei corporis valetudine teneant sententiam, quod reum non, ut ille simulat, pro robusto ac firmo sed, ut vere est, pro debili et invalido homine habeant, quales legibus cautum fuisse constat, ne summum illum Atheniensium adirent magistratum. Alterum vero momentum, quod additur in altera enuntiatione *οὐγ' οὐτος εὖ ποιῶν*, illud esse non posse manifestum est, quod Reiskius voluit, accusatorem non eandem habere sententiam de reo atque iudices. Nam praeterquam quod talis enuntiatio particulis *οὐτε — οὐτε* positis non satis apte videtur efferri, ipsa quoque sententia stare non posse apparet. Sequeretur enim ut accusator, si iudicibus reum vel maxime invalidum ac debilem hominem esse sentientibus contrariam teneret sententiam, pro robusto eum et valido homine habere diceretur, qualem quamvis simulet vere esse accusator, tamen ab reo non potuit significari tamquam vera ipsius accusatoris sententia, quum ad id certe minime pertineret quod hoc loco necessarium erat effici. Huc accedit quod tum aut nihil quidquam impediret, quominus reus archontis magistratum iniret, si ab accusatore validus esse recte diceretur, aut certe litigandum esset inter ipsos iudices et accusatorem, illos quidem sententia de valetudine rei inter se discrepantes. Quod quam non aptum sit ad sententiae rationem facile, opinor, apparet. Immo contrarium exspectatur, quo sequitur et iudicium et accusatoris, si verum quaeris, summa consensio. Et illud quidem inesse videtur in verbis, qualia apud Lysiam ipsum invenimus scripta. Cavillantem enim aperte reum de sententia facit cum accusatore, quem nomine discrepantem, re vera concinere dicit cum iudicibus, ut, quamvis in accusatione neget rei debilitatem corporis, tamen ipsa quam reo invidus intendat causa satis significet, vere eum sibi videri invalidum et infirmum. Tum rectissime sunt coniuncta ea quae sequuntur: „Nam hue venit, tamquam de nibili aliqua puella, ad quam tota pertineat hereditas, de mea mecum debilitate litigatum vobisque persuasum, me non talem esse quam vos omnes oculis videtis, sed vos, opinor, magis fidem habetis vestris oculis quam ipsius verbis“ h. e. vos me pro invalido ac debili homine, vere ut sum, habetis, ut mihi vitii illius

culpa aditus ad summum illum magistratum sit praeclusus. Sic necesse est accusator ea calamitate cuius invidia oboli causa ardet reum putet premi vel potius fortunari, alioquin non sane haberet, cur lite intenta invalido miseriae levamentum studeret eripere. Ad verba igitur illa *οὐθ' οὗτος εὖ ποιῶν* apparet cogitatione addendum esse *ταύτην τὴν γνώμην ἔχει, ἣν προσποιεῖται ἔχειν κατηγορῶν ἐμοῦ*, quamquam etiam simplicior illa et haud absurdam interpretatio, *οὐθ' οὗτος εὖ ποιῶν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχει* per se ipsa ferri posse videtur. Nam si non eandem habere dicitur accusator sententiam, sponte efficitur diversam ut sequatur, quo illud ipsum non dubium est, quin possit significari quod quaerimus, accusatorem aliam habere, aliam fingere et simulare sententiam. Ita nescio an non necessaria sit ingeniosa per se ipsa illa Kayseri conjectura, qua (Philol. XI p. 161.) scribi voluit: *οὐθ' οὗτος ἔαυτῷ*, sententiam unus rectissime perspiciens, dummodo expellere ne voluisse plenissimum illud dubitationis *εὖ ποιῶν*, quod sane eo difficilius videtur ad intelligendum aut, id quod plerique malunt, ad emendandum, quo certius omnia dubiis illis verbis omissis inter se cohaerere et omnibus numeris absoluta esse appareat, ut, quidquid addideris, pannus tamquam ne assuatur sententiae magnopere providendum sit. Verum huic difficultati bene accedit quod explicatis, non mutatis occurri potest ipsius Lysiae verbis, in quibus sane est cur mirere, quod viri docti praeter Reiskium et Franckenium l. c. p. 167., qui tamen falso intellexerunt, aut non agnoverint, aut agnatum probare noluerint illud *εὖ ποιῶν*, quo addito illud ipsum accedere, opinor, apparebit, quod ad totam sententiae confirmationem tam est aptum, quam quod maxime dixeris accommodatum. Nam ut nihil dicam de eo dicendi genere quo *εὖ ποιῶν*, *καλῶς ποιῶν*, *καλῶς ρομέων*, *δραθῶς λέγων*, *δραθῶς συμβολεῶν* in responsionibus imprimis apud Platonem invenitur, ut verbum e superioribus repetendum sit cf. Pl. Symp. p. 174 E. Gorg. 451 D. 511 C. saepe etiam (quod post F. A. Wolfium ad Dem. Lept. §. 91 p. 329. Herm. ad Vig. p. 777 etiam Krügerus Gr. §. 56, 8 n. 2 p. 221 et Madvigius, Gr. §. 176 c. p. 195 commemorant) „participio ad aliquod nomen relato orationi inicitur, ubi nos dicimus „Dei beneficio,“ significantes nihil nos invidere, gaudere potius et congratulari.“ et pro varia occasione, ut ait Voemel. ad Dem. Ol. I §. 28., varie vertitur; *recte, bene; iure ac merito; deorum benignitate; pro vestra sapientia.* Dicitur autem minime de eo qui facit quod ius et aequitas eri postulant (Herm. l. c.), sed aut de eo qui quod sibi ipsi commodum est facit, aut quod is qui loquitur fieri optat et gaudet. Facile autem singulae illius

formulae dicendi significaciones, altera ex altera ducta, inter se possunt omnes conciliari. Nam quum καλῶς ποιῶν proprie sit *bene faciens*, itaque spectet ad eum qui quod vult recte faciendo assequitur, facit igitur quodammodo ut aliquid eveniat, factum est, ut quod proprie in res solum conveniret, ad homines ipsos transferretur. Cuius usus exemplum habemus luculentissimum apud ipsum Lysiam or. c. Ergocl. §. 8 Θρασύβουλος καλῶς ἐποίησεν οὕτω τελευτήσας τὸν βίον. Ut orator significet, quam opportuna Thrasybuli mors inciderit, quā accusatio et damnatio ipsa ei intenta tolleretur, similiter dicit ac si ipse Thrasylus mortis occasionem quandam aucupatus sit, ut nos eadem ratione in simili causa dicere solemus: er machte den klugen Streich (vel er war so klug) und starb, quasi vero aliquis de consilio fecerit ac non naturae necessitatē paruerit. Ita factum est, ut hac formula ad homines relata saepe Graeci ute- rentur ad avertendam invidiae et exprobationis suspicionem, veluti Dem. c. Lept. §. 110. δέ τε δ' ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες — ἀμεινον ἐπείνων πράττετε, de Cor. §. 231 ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε; Aeschin. Ctes. §. 232 καὶ φατε μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστέ καλῶς ποιοῦντες; cf. Dem. Ol. I §. 28. c. Mid. §. 212. de Cor. §. 231. Non minus autem licet ad eas res transfferri quae opportuno tempore incidisse dicuntur, ubi Latini dicunt *deorum benignitate*, nos zum guten Glück. Sic est in or. Phil. IV §. 38 ἡ τίχη καλῶς ποιοῦσα πολλὰ πεποίησε τὰ κοινὰ καὶ τετρακόσια ἀντὶ τῶν ἐκατὸν ταλάντων προσέρχεται (similiter ut in Prooem. 36 p. 1445 ἡ τίχη καλῶς ποιοῦσα πολλὰ τῶν πραγμάτων ἵμιν αὐτόματα ὡς ἀν εὖξαισθε παρίστησιν), et quod magis etiam possit offensioni esse Dem. c. Aristocer. §. 143 τοῦτο τοίνυν ἐπ' ἐπείνον εὖ ποιοῦν οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ἥμιν αἰσχύνην ὀφλεῖν. Quae verba plane contraria conformata esse appetat ratione atque ea, unde coepimus Θρασύβουλος καλῶς ἐποίησεν οὕτω τελευτήσας τὸν βίον. His expositis facile erit iudicium de Lysiae illis verbis οὐδὲ οὗτος εὖ ποιῶν. Nam *deorum quasi quadam benignitate* fieri reus cavillatur, ut accusator ipse vere animo eam non teneat sententiam, quam coram iudicibus prae se ferre videatur, ut abominandum illud quod minatus erat, eo minus sit timendum, quum neutra earum de quibus supra exposui conditionum locum habeat. Itaque per iudices, prudentes viros et mentis compotes profecto non futurum esse, ut accusator quod voluerit assequatur. — Sic omnia, opinor, rectissime inter se cohaerent, ut ne littera quidem sit mutanda, nedum ut lacuna interrupta sententia esse videatur.

Facillime licet etiam ali occurrere loco orationis in Philon. §. 15 p. 881 R. Υπολείπεται τοίνυν αὐτῷ λέγειν ὡς τῷ μὲν σώματι δι' ἀσθένειάν τινα γενομένην ἀδύνατος κατέστη βοηθῆσαι εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἀπὸ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐπαγγειλάμενος αὐτὸς ἡ χρήματα' εἰσενεγκεῖν εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ἡ πτλ. Apparet non omnino recte procedere enuntiationem, quam Reiskius sanare studuit eo quod scriberet εἰσενέγκειν, quum novissimi Lysiae editores, imprimis Rauchensteinius, comparent Lys. c. Agor. §. 9, in quibus verbis, ut saepe, infinitivus post ὅτι est positus cf. Foertsch. Obss. critt. p. 78. Sed satis patet huius loci plane aliam esse rationem, neque quidquam aliud relictum esset, quam ut pro anacolutho haberetur enuntiatio, nisi longe facilior esset ea medela, qua membris alia ratione inter se relatis commate post ὑπαρχόντων posito additur mente verbum ei ipsi quod praecessit ἀδύνατος κατέστη significatione contrarium, quale quidem et apud Graecos et apud Romanos saepissime intelligendum esse constat. Sic hoc loco audiendum erit ἀπὸ δὲ τῶν ὑπαρχόντων δυνατὸς κατέστη καὶ ἐβοήθησεν, ut ἐπαγγειλάμενος non, ut volunt, ad ὑπολείπεται λέγειν sed ad hoc ipsum κατέστη referendum esse videatur.

Multo difficilior est eiusdem orationis contra Philonem habitae alias loci. Leguntur enim §. 26 p. 886 R. haec verba: οὗτος δὲ προδοὺς ὅλην τὴν πόλιν οὐκ ὅπως τιμωρηθήσεται... παρασκευάζεται. Καίτοι δικαίως γ' ἀν δοτις φανερῶς ἀσπερ οὗτος προΐδωκε τὴν ἐλευθερίαν, οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν καὶ τῆς μεγίστης ἀποφίλας ἐκκλησιάζοιτο. Sic scripsit Bekkerus codicem Laur. secutus, quum in Palatino scriptum sit ἐκκλησιάζεται, quod sane non magis potest ferri quam quod Marklandus voluit ἐκκλησιάζετο. Sed quum viorum doctorum opera et sagacitate hodie constet, codicem illum Laurentianum, ut multis locis correctione depravatum aut certe mutatum, codici Palatino, reliquorum omnium communis fonti, minime esse praeferendum, recentiores editores scripturam illam aspernati graviore vitio haec verba infecta esse putaverunt. Ita Rauchensteinius posuit quod Reiskius iam postulari dixerat ἀγωνίζοιτο, eodemque sententia inclinavit Scheibii, qui quamquam ἐκκλησιάζοιτε recepit, Westermann et Kayseri coniecturam — spretam illam quidem vel a Cobeto, qui δικαιος γ' ἀν ἦν — ἀγωνίζεσθαι scripsit — tamen in præfatione ἀγωνίζεσθαι vel ἐξετάζεσθαι requiri dixit. Sed videtur hoc loco Lysiae manus corrupta esse ab iis qui δοτις illud quo referendum esset quum non satis intellexissent, illud quod scriptum erat ἐκκλησιάζοιτε huic pronomini

ipso accommodandum esse opinabantur. Quamquam in pronomine δότις hic quoque, ut saepe, inest conditionis significatio, similiter ut Lysias ipse, ut hoc utar, in or. III c. Simon. §. 41 dixit ἐπειτα δὲ καὶ οὐδεμίαν ἡγούμενη πρότοις εἶναι τούτους δότις μὴ ἀποκτεῖναι βουλόμενος ἔτρωσε, et Antiphon de caede Herod. §. 92 καὶ μήν τὴν ἵσην γε δύναμιν ἔχει δότις τε ἢν τῇ χειρὶ ἀποκτείνῃ ἀδίκως καὶ δότις τῇ ψήφῳ. Ita igitur recte illo quoque in loco coniungitur δικαίως ἢν ἐκκλησιάζοιτε (περὶ τούτου) δότις (sc. εἴ τις) προῦδωκε τὴν ἐλευθερίαν. Quod non dixit orator, ut Kayserus voluit, οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν αὐτόν, vel ut Franckenio Comm. Lys. p. 232 magis placet τοῦτον, id videtur fecisse coactus, quod utendum esset infinitivis loco nominum substantivorum, quorum alterum illud deesse sibi videret, quod haberet significationem ipsius infinitivi βουλεύειν. Huc accedit quod adiecto illo pronomine lenior quam omisso esset illa inter δούλετείν et βουλεύειν¹ oppositio, in qua praeterea orator eo quod etiam aliis in locis inventitur uti voluit paronomasiae genere (cf. XII in Erat. §. 34 ἀντειπάν — συνειπών XXXII in Diogit. §. 22 γράμματα — χρήματα ut Dion. de Thuc. 45 similiter nostro loco dixit μὴ περὶ τιμῶν ἀλλὰ περὶ τιμωρῶν. vid. etiam Antiph. V §. 91. ἀπολῆσαι — ἀπολέσαι. Thuc. II, 62 φρονήματι — παταρρονήματι). Verbum autem ἐκκλησιάζειν eadem plane quae desideratur hoc loco ab aliis posuit sententia, qua etiam in Erat. §. 73. ἐγιγνώσκετε γὰρ δότι περὶ δούλειας καὶ ἐλευθερίας ἢν ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ ἐξεκλησιάζετε dixit de populo qui in comitiis iubet aut iudicium publicum exercet (cf. or. XXVI in Euandr. §. 22), ut non obscure ipsius populi significetur ob prodictionem condemnatio. Denique quae sequuntur verba καὶ τῆς μεγίστης ἀπορίας ea non sana esse plerique recte censuerunt viri docti, quorum alii ταλαιπωρίας, alii τιμωρίας, alii ἀτιμίας scribi iusserrunt, quorum nescio an aliud alio nomine magis a veri similitudine sit alienum. Mihi quidem simplicius visum est scribere περὶ τῆς μεγίστης ἀπωλείας, quod vocabulum in usu fuit et de singulis hominibus (velut apud Demadēm π. δωδ. §. 2 δακρύσει δέ μον τὴν ἀπώ-

1) Alia huius verbi oppositio legitur in loco ex Lyceurgi oratione superstite ap. Stobae. Florileg. II, 31 (T. I p. 69 ed. Gaisf. "Οσοι τοῖς ἀπὸ τῆς φύσεως ἀγαθοῖς ἐπὶ τὰ χεῖρα χρῶνται, τούτους πολέμια τὰ εὐτυχήματά ἔστιν· ὡς εἰ τις ἀνθρεπὸς ὅν λητέσθαι μᾶλλον ἢ στρατεύεσθαι προαιρεῖται, καὶ ἰσχυρὸς ὅν λωποδυτεῖν μᾶλλον ἢ συμβουλεύειν ἢ καλὸς ὅν μοιχένειν μᾶλλον ἢ γαμεῖν πτλ. Apparet haec inter se non esse contraria, nec tamen placet quod Scheibius coniecit συμβάλλειν, aut quod Jenickius proposuit λογοποιεῖν μᾶλλον ἢ συμβουλεύειν. Mihi quidem et a sententia et a litterarum similitudine magis videtur commendiari συμπαλατεῖν.

λειαν οὐχ ὁ στρατιώτης; nec aliter de Nioba Plut. cons. ad. Apoll. c. 28 ἀναφ-
παστὸν αὐτὴν γενέσθαι πρὸς ἀπώλειαν τὴν χαλεπωτάτην), et de urbibus et terris
(velut apud Plut. Dion. c. 33. Diod. Exc. 32 p. 590. Vol. II, 2, p. 130 Ddf.).
Sententiam ipsam Lysiae tum eandem esse puto atque Demosthenis in Leptin.
§. 79 μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ταῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἢν αὐτὸν
εἰσήγγελλον οὗτοι καὶ εἰ ἔδιλο, τὸν ἀπαντάντας ἀπολώλει χρόνον, simili ratione
qua de falsa leg. §. 110 proditorem dixit τρὶς οὐχ ἄπαξ ἀπολωλέναι δίκαιον vel
c. Mid. §. 21 πολλῶν θανάτων ἄξιον.² Ceterum si cui quam restituendam esse
dixi ἀπώλειαν, ea minus accommodate dici videatur μεγίστη, facile erit addere
etiam aliam conjecturam, ut τῆς αἰσχύλιστης ἀπωλείας scribatur, quae ipsa
vocabula orat. VII de Olea §. 15 in cod. Vat. Bekkeri alterum cum altero con-
fusa inveniuntur. Sic restituto loco vix quisquam, opinor, assentiatur Franckenio,
qui Comm. Lys. p. 232 haec quoque verba diasceuastae, qui Lysiae orationem
aut in breve contraxit aut refinxit, potius quam vulgari librario imputanda
censet idemque aegre a se impetrare affirmat, ut haec omnia Lysiaca putet. —

In eadem oratione contra Philonem habita sunt nonnulli loci dubitationis
plenissimi, quos paene desperes sine codicum ope in integrum umquam posse
restitui, quamquam viri doctissimi et sagacissimi in explicandis aut emendandis
illis studium et operam collocaverunt. Alii contra minus, quod sciam, in suspi-
cionem sunt vocati, quamquam ne illi quidem recte videntur esse scripti. Quo
in numero sunt illa verba quae §. 10 p. 875 R. leguntur καίτοι γε δότις εἰτυ-
χοῦντας ὅρῶν ἴμᾶς ἐτόλμα προδιδόναι τί ποτε ὡς μὴ βούλομεθά γε πράττον-
τας ἐποίησεν ἄν; Accusatur Philo quod patriae discrimina aliquando cum ceteris
Atheniensibus adire noluerit, sed potius suas ipsius res agens privatum commo-
dum reipublicae saluti praeposuerit. Iam sequuntur ea quae supra posui verba,
quae uni dubitationem moverunt Marklando, qui scribi voluit ὡς μὴ ἡβούλομεθα
„aliter quam voluissemus. De praeteritis enim sermo est“, quum Rauchensteinius
contra explicandi viam inveniat in optandi forma, qua tota illa enuntiatio ean-
dem plane habeat sententiam atque εἰ μὴ καλῶς τότε ἐπράττουμεν, quae quidem

2) Simile quid latere videtur etiam in verbis Lysiae in orat. XIII c. Agorat. §. 57
καίτοι εἰ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἢ πον Ἀγόρατός γε δικαῖος ἀποθανεῖται. Non sine causa
Kayserus voluit scribere ἢ πον Ἀγορ. καὶ δικαιότερον vel σφόδρα γε δικαῖος cl. §. 69.
Id simplicius videtur esse δις δικαῖος, ut est in or. XII c. Erat. §. 37 ὥστ' οὐκ οὖδ' δ, τι
δεῖ πολλὰ κατηγορεῖν τοιούτων ἀνδρῶν οἱ οὐδὲ ὑπὲρ ἐνὸς ἐκάστου τῶν πεπραγμένων δις
ἀποθανόντες δικηγοροῦνται δίκαιωνται ἄν. cf. c. Agoratum §. 91 ἐκ πατός δὲ τρόπου ἔμοιγε
δοκεῖ οὐχ ἐνὸς θανάτου ἄξιος εἶναι.

propterea quod proverbii speciem et formam referat praesenti tempore sit expressa. Sed dubito num eiusmodi defensione verba illa firmari possint. Nam si recte habet illud quod §. 14 legitur εἰ μέντοι τι μέρος περίεστι τῶν πολιτῶν ὁ, τι τῶν αὐτῶν μετέσχε τούτῳ πραγμάτων, μετ' ἐπείνων, έάν ποτε, ὁ μὴ γένοιτο, λάβωσι τὴν πόλιν, βουλεύειν ἀξιούτω de bon. Aristoph. §. 38 — νῦν τοίνυν εἰ δημεύσατε τὰ Τιμοθέου, ὁ μὴ γένοιτο κτλ. Dem. c. Mid. §. 209 p. 581. εἰ γένοιτο, ὁ μὴ γένοιτο οὐδὲ ἔσται, οὗτοι κύριοι τῆς πολιτείας, tamen aliis plane generis est quod dixit Lysias: „qui vos prodidit, quos videret prosperis rerum successibus florentes, quid ille fuisset ausurus, si vos secius atque vellemus res gerentes vidisset.“ Hic quidem non video, quomodo indicativus praesentis addito μή cum ὡς coniunctus possit explicari. Id potius eadem ratione erat dicendum qua apud Homerum legitur Od. XV, 358 ἡ ὁ ἔχει οὐ πατέσσις ἀπέρθιτο κυδαλίμιοι Λευγαλέωφ θανάτῳ, ὡς μὴ θάνοι, οὔτις ἔμοιγε Ἐνθάδε ναιετάνων φίλος εἴη καὶ φίλα ἔρδοι. Od. I, 47. καὶ λίγη κεῖνός γε ἐουκότι κεῖται ὀλέθρῳ, Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, οἵτις τοιαῦτά γε ἔργοι et II, 183 ὥλετο τῆλ, ὡς καὶ σὸν παταρθίσθαι σὸν ἐκείνῳ Ὦφελες. Dem. Mid. §. 78 p. 539 ἦντα τὰς δίνας ἔλαχον τῶν πατρών τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὃν κομιδῇ καὶ τοῦτον οὐδὲ εἰ γέγονεν εἰδὼς οὐδὲ γυγνώσκων, ὡς μηδὲ νῦν ὥφελον, τότε κτλ. Inde apparet, nisi maius etiam aliquod latet vitium, — quum tota illa optati forma mirum aliquid habeat ac singulare — apud Lysiam certe scribendum esse aut ὡς μὴ βούλωμεθα, aut quod magis mihi placet ὡς μὴ βούλοιμεθα. Nam pro eo quod dici potuit ὡς μηδέποτε γένοιτο potius fuisse videtur oratori dicere ὡς μὴ βούλοιμεθα, ut significaret perniciosorum aliquot civium hostilem erga patriam animum. —

Haec dum commentor in memoriam venit similis locus, de quo multum iam a viris doctis est disputatum, in Orat. XIX pro bonis Aristophanis §. 38 p. 638 R. νῦν τοίνυν εἰ δημεύσατε τὰ Τιμοθέου — ὁ μὴ γένοιτο, εἰ μὴ τι μέλλει μέγα ἀγαθὸν ἔσεσθαι τῇ πόλει — ἔλαττω ἐὰν ἐξ αὐτῶν λάβουτ’ ἡ ἐκ (cod. Palat. τὴν ἐκ κτλ.) τῶν Αριστοφάνους γεγένηται, τούτον ἔνεα ἀξιοῦτε ἀν τὸν ἀναγναῖον τῶν ἐκείνων τὰ σφέτερ’ αὐτῶν ἀπολωλέναι; Quae verba variis nominibus suspecta sunt. Studet demonstrare orator, saepius factum esse, ut bona civis alicuius publicata multo minora esse apparerent quam antea essent credita, idemque sine dubio etiam eventurum esse affirmat si, id quod exempli causa ponit, sed ita ut malum omen avertere studeat, Timothei bona futurum sit ut publicentur. At id quod

addit εἰ μὴ μέλλει — ἔσεσθαι habet quod vehementer offendat, nec credi potest orator serio affirmare, magni commodi reipublicae causa aliquando fieri posse, ut Timothei bona publicentur. Itaque Sauppius maluit scribi ναζόν pro ἀγαθόν hac sententia: „nisi magnum ille damnum patriae intulerit,“ quo praeterquam quod sententia ipsa obscurius esset expressa, augeri potius quam leniri videtur abominandae illius conditionis invidia. Quod qui intellexit Joh. Frey (Zu Lysias p. 26) ita loco occurri posse putavit, ut enuntiatio εἰ — τῇ πόλει disiuncta ab optandi formula alteram efficaret protasis hac sententia: Wenn ihr das Vermögen des Timotheus einziehen würdet — so würdet ihr, wenn es nicht für den Staat sehr gut herauskommen soll, weniger erhalten, ut illa enuntiatio εἰ — πόλει referretur ad integritatem et abstinentiam eorum qui bonorum curam gerunt publicandorum. Verum quamquam in dupli illa protasi nihil inest offensionis (cf. XXXI §. 14), tamen ipsa quam vult inesse sententia obscurius esset expressa, quam ut facile intelligeretur, praesertim quum in antecedentibus nihil de perfidia in publicandis bonis usitata dictum inveniatur. Unum illud quod hoc in genere §. 31 legitur reus commemorat, ut evincat, quanta diligentia et fide ipse in bonis recensendis et tradendis versatus sit, quum fere contrarium fieri soleat. Hinc non erat cur in exemplo illo facto de Timothei bonis publicandis eiusmodi aliquam adderet conditionem, quam praeterea, opinor, optativo non indicativo significasset. Concedo sane exspectari simpliciter δὲ μὴ γένοιτο nulla addita conditione, quae fere in similibus locis deest, sed per se ipsam nihil haberet ea offensionis, veluti si legeretur, quod fuit quum conicerem, μηδὲ εἴ τι μέλλει μέγα ἀγαθὸν ἔσεσθε τῇ πόλει, quo certe totius sententiae removeretur invidia. Sed inita ratione subductaque suspicor aliud potius vitium inesse in his verbis quae, ni fallor, scripserat orator hoc modo δὲ μὴ γένοιτο, εἰ μὴ τι μέλλει μέγα πάθος ἔσεσθαι τῇ πόλει. Tum significatur quod necesse videtur esse, publicationem eiusmodi fictam quam abnuit nisi cum gravissima ipsius patriae calamitate non futuram esse (was nie geschehen möge, wenn nicht dem Staate ein grosses Leid widerfahren soll). Quam facile πάθος post μέγα confundi potuerit cum ἀγαθόν, antecedentis illius vocabuli extrema littera falso iterata, id per se ipsum quum intelligatur, tum infra simillimo aliquo me probaturum esse spero exemplo. — Restat iam, ut de reliquis enuntiationis verbis exponam. Ac primum quidem quod in cod. Palatino legitur ἐλάττω ἐὰν λάβοι τὴν ἐκ τῶν Αριστοφάνους id quidem quum alii aliter emendandum esse censerent, Sauppius recte apodosis loco intellectum scripsisse

videtur ἐλάττω ἀν τιλ., quamquam dubito an praestet ἐλάττω γ' ἀν, quae particula ad efferendam spei falsae notionem huius loci rationi videtur maxime accommodata. Deinde in extremis verbis illud λάβοι τὴν ἐκ ad aliud quid spectare videtur quam ad λάβοις ή ἐκ quod Palmerius coniecit, praesertim cum cod. Laurentianus teneat λάβοις ὡς καὶ ἐκ. Scripserat fortasse Lysias ἐλάττω γ' ἀν λάβοις ὡν τῶν Αρ. simili ratione qua, ut unum certe locum afferam, in orat. c. Diogiton. §. 8 p. 897 R. legitur τοὺς μὲν παῖδας εἰς ἄστυ ἀναπέμπει, τὴν δὲ μητέρα αὐτῶν ἐκδίδωσιν ἐπιδοὺς πενταποσκλιας δραχμὰς, χιλίαις ἐλάττον ὡν ὁ πατήρ αὐτῆς ἔδωκεν.

Non dissimili ratione ea verba depravata videntur quae leguntur in ipso initio orat. XXVII c. Epiceratem. Ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ διτι πολλάνις ἡρούσατε τούτων λεγόντων, δπότε βούλοιντό τινα ἀδίκως ἀπολέσατε, διτι εἰ μὴ κατεψηφιεῖσθε ὅν αὐτοὶ κελεύοντιν, ἐπιλείψει ὑμᾶς ή μασθοφορά. καὶ νῦν οὐδὲν ἵπτον τοσοῦτον ἐνδεῖ, ὥστε τὸ μὲν πλῆθος καὶ η αἰσχύνη η διὰ τούτων ὑμῶν γίγνεται, η δ' ὠφέλεια τούτοις. Plerique viri docti hodie statuunt, post πλῆθος sententiam interruptam esse lacuna, cuius certum aliquod vestigium in codicibus non est deprehensum, quum Schottus πένθος pro πλῆθος legi vellet, eum refutans Marklandus recte intellecta sane sententia mallet scribi τὸ δύνειδος καὶ η αἰσχύνη, quod fere idem esset, Reiskius μῆσος vel βλάβος praeferret et in Variis Lectt. p. 713. codd. scripturam adiecto τῶν ἀπολλυμένων vel τῶν δημεύσεων firmare vellet, ut P. Müllerus de loc. Lys. p. 13 proposuit πλῆθος τῶν πεπονθότων vel κακῶς πεπονθότων vel πενήτων. Quod mire profecto esset dictum (πλῆθος — ἴμιν γίγνεται), nec minus laborat sententia, quum Athenienses et accusator exspectentur contrarie inter se oppositi. Deinde agitur de sceleribus sycophantarum non, ut Müllerus putat, de condemnatione reorum, cuius incommoda si significare voluisse, profecto eiusmodi quid orator dixisset, quale est cum in aliis orationibus, tum in apologia de aff. tyrannide (cf. §. 3; 24; 32;), multitudine eorum qui sycophantarum fraudibus essent condemnati factum esse, ut numerus augeretur eorum qui rei publicae insidiarentur. Verum horum nihil sequitur. Huc accedit quod illis verbis adiectis vis ipsa quae inest in contrarie relatis vocabulis magis infringitur, quod idem cadit in eam conjecturam, qua Franckenius Comm. Lys. p. 195 graviore etiam vitio infecta verba esse ratus, non solum πένθαι post πλῆθος, sed etiam contraria verba οὗτοι δὲ πλουτοῦσιν aut simile quid omissa esse confirmavit cl. §. 9 praeterquam quod sententias tum contrario potius ordine positas exspectes aut hoc

fere modo scriptas νῦν δ' οὐδὲν ἡττον ἐνδεῖ καὶ τὸ μὲν πλ. πένεται, οὗτοι δὲ πλουτοῦσιν. Itaque nescio an simplicius sit statuere, Lysiam scripsisse τὸ πάθος καὶ ή αἰσχύνη — ὑπὸ γίγνεται, ut significetur noxam et infamiam sycophantarum scelere illatam in omnes omnino cadere Athenienses, quum utilitas ab ipsis qui alias falso in iudicium vocaverint percipiatur accusatoribus. Atque illud ipsum πάθος, ut alia omittam, confusum habes cum πλῆθος etiam in codd. Platon. Legg. V p. 745 D.³

In eadem oratione c. Epicratem habita magnae subiectus est dubitationi etiam aliis locus. Orator enim postquam dixit amicis et sociis, qui veniam ab iudicibus precaturi essent accusatis, aut innocentiam eorum esse demonstrandam, aut, si nocentes eos esse rati tamen liberatos vellent, suppicio potius quam gratia esse dignos, qui iniuriam facientibus benevolentiores animo essent, quam passim §. 14. p. 814 R. haec verba addit: ἔτι δὲ τοὺς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ τῶν πατριγόνων σφρόδρα δεήσεσθαι, νομίζοντας πολὺ ἂν θάττον παρ' ἡμῶν δλίγον ὄντων ταύτην τὴν χάριν λαμβάνειν η̄ παρ' ὑμῶν πτλ. Haec verba omnibus, quod sciam, falso scripta esse visa sunt viris doctis. Ac prima quidem specie inter se vehementer sane videntur discrepare, quum quod in priore enuntiationis parte de futuro dicitur tempore, idem in altera de praeterito affirmetur, ut iam factum esse appareat. Cui difficultati ut occurrerent viri docti illud quod antecedit δεήσεσθαι pronuntiarunt scribendum esse aut δεδεῆσθαι, aut δεηθῆναι, quum Scheibius antecedentia verba ἔτι δὲ τοὺς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι χρή labem contraxisse putaret, Franckenius contra p. 201 Epicrateam orationem ex Nicomachea imitatione expressam esse ratus collatis verbis in Nicom. §. 35 quae

3) Hac occasione oblata tractare mihi licet ea, quae infra leguntur lib. XII p. 960 C. πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν καλῶς εἰρηται. Τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι, Κλωθὸς δὲ τὴν δευτέραν, τὴν Ἀτροπον δὴ τρίτην σώτεραν τῶν λεχθέντων ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένων δύναμιν, quibus, neglectis illis quidem a Klauseno in Diar. antiqu. 1840 no. 27, male nuper consuluit Peipers. Quaestt. critt. de legg. Platonis p. 100, quum expulsis verbis τῶν λεχθέντων — κλωσθέντων scriberet τὴν σφύρος τὴν ἀμ. ἀπεργαζομένην δύναμιν. Apparet maxime illa quae eiecit esse necessaria, in quibus tota versetur ferreae illius Parcae, quae fatorum inextricabiliter contorta fila ducit comparatio. Quo item pertinere patet quod misere corruptum est τῷ πυρι. Scripsisse enim videtur Plato τὴν Ἀτρ. δὴ τρίτην σωτ. τῶν ληχθέντων (ut Bekkers iam voluit) ἀπεικασμένην τῇ τῶν κλωσθέντων τολύπῃ τῇ ἀμ. ἀπεργαζομένη δύναμιν. Τολύπῃ et τολυπεύειν eadem ratione intellectum interpretatur iam Eustathius apud Homerum Iliad. XIV, 86. XXIV, 7.

sunt sanissima, hanc explicationem formaret: „*Il tum fortasse a nobis accusatoribus pecunia oblata petent*, ut ab accusatione desistamus, sed quemadmodum frustra a nobis hoc *petent*, sic vos quoque et *tum* severos vos praestatote et inexorabiles et *immo* Epicratem et sodales digna poena afficite“ quae quomodo inter se iuncta recte stare possint, non facile quisquam, opinor, intelliget. Mihi quidem verba sana esse videntur, dummodo cogitatione illud addatur quod, ut per se ipsum perspicuum, orator omittere quam addere maluit. Qui enim consideraverit huiusmodi notissimos locos c. Philon. §. 25 ἀλλὰ κίνδυνος καὶ τὸν χρηστὸν, ἐὰν αἰσθάνωνται ὁμοίως τοὺς πονηροὺς τιμωμένους, παύσεσθαι τῶν χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων, τῶν αὐτῶν ἡγουμένους εἶναι τούς τε κακοὺς τιμᾶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀμνημονεῖν. in Eratosth. §. 41. Πολλάκις οὖν ἐθαύμασα τῆς τόλμης τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν, πλὴν ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι τῶν αὐτῶν ἔστιν αὐτοὺς τε πάντα τὰ κακὰ ἐργάζεσθαι καὶ τὸν τοιούτον ἐπαινεῖν, (vide etiam §. 54 et pro bon. Ar. §. 56) qui haec igitur consideraverit, is facile, opinor, intelliget oratorem significare, eiusmodi quales accusatus sit homines per se ipsum credendum esse largitionibus accusatores corrumpendi facturos esse periculum, idque iam fecisse, sed frustra, cum accusator noluerit facilem iis præbere aurem. Quod ipsum appareat ex iis quae sequuntur ἡμεῖς μὲν τοίνυν οὐκ ἡ θελήσαμεν προδοῦναι, ἀξιοῦμεν δὲ μηδ' ὑμᾶς, ἐνθυμούμενος ὅτι σφόδρα ἀντί ὑμῶν ἀργίζεσθε — ὅπου παρεπίπτομεν, ὡς εἰκὸς τοὺς ἀδικοῦντας, εἰ ἡμεῖς παρὰ τούτων ἡ χρήματα λαβόντες ἡ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ διηλλάγμεν quae sic scripta rectissime habent, neque videtur esse, cur Kayserum secuti verbis ἀξιοῦμεν δὲ μηδ' ὑμᾶς expulsis, scribamus ἐνθυμούμενοι ut suam ipsius mentem aperiat accusator. Ita enim deesset, quo sublato verba sequentia καίτοι εἰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξιοῦσιν ὀργίζεσθε, ἡ πον σφόδρα χρὴ αὐτοὺς τὸν ἀδικοῦντας τιμωρεῖσθαι cum antecedentibus non recte essent connexa et coniuncta. Simillima legitur sententia in or. c. Alcib. II §. 2.

Aliter sentio de alio loco qui est in or. XXVIII c. Ergoel. §. 15. p. 826 R. ὥστε πολὺ ἀν δικαιότερον ὑμᾶς αὐτοὺς ἡ τούτους (τοὺς φεύγοντας) ἐλεοῖτε, καὶ τὸν ὑμετέρον παῖδας καὶ γυναικας, ὅτι ὑπὸ τοιούτων ἀδρῶν λυμαίνεσθε. ὅταν γὰρ ἡ γη σώμεθα σωτηρίας ἀντειλῆφθαι, δεινότερα ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἀρχόντων πάσχομεν ἡ ὑπὸ τῶν πολεμίων. Quorum verborura sententiae, quam non recte habere appetat, viri docti varia conjectura occurrere studuerunt. Ac Kayserus quidem Philol. XI. p. 163. scribendum esse censuit ὅτε — ἡγησάμεθα — ἀρχόντων ἐπάσχομεν, quem ita secutus est Cobetus, ut tamen

πάσχομεν retineret, quod sane non intelligo, quomodo tum stare posit. Sed appetet ex iis quae antecedunt, non agi de praeterito aliquo tempore sed de praesentia, itaque nescio an et rectius et facilius oratoris manus restituatur ita ut scribam *ὅταν γὰρ ἡδη ἡγώμεθα*. Quod sic orator significat, quae saepe iam salutis reipublicae patefacta esse visa sit via, eam reorum sceleribus et prohibitam esse et prohiberi, ad id iam appetet quam maxime respondere etiam illud perfectum *ἀντειλῆφθαι*. Quod scripserat Lysias *ἡδη ἡγώμεθα* si omissa ea quae repetenda erat littera exaratum erat *ΗΙΗΓΩΜΕΘΑ*, facile fieri potuit, ut non, quemadmodum debebat, adderetur littera *η*, quae esset omissa, sed mutarentur duae quae recte scriptae erant litterae, ut pro duobus vocabulis una efficeretur verbi forma ad sententiae rationem illa quidem minime apta. Simile quid iam supra commemoravi p. 16.

Quemadmodum factum est, ut haec verba corrumperentur, sic nescio an alio quoque in loco librariorum negligentia obscurata sit sententiae veritas. Legitur enim in orat. XXXI c. Philonem, §. 31 p. 889 R. *πῶς δ' εἰκός ἐστι τοῦτον, δεὶς οὐδὲ τελευταῖος ἐπὶ τοὺς κινδύνους ἡλθε, πρότερον τῶν κατεργασμένων καὶ οὕτω συντιμηθῆναι;* Facile est intellectu, haec sic inter se non potuisse coniungi, cum *πρότερον* et *συντιμηθῆναι* inter se sint plane contraria. Itaque iam Reiskius scribi voluit καὶ οὕτωι γε τιμηθῆναι, quum Rauchensteinius οὕτως ἀξίων vel καὶ τοιούτων ὄντων τιμηθῆναι, P. Müllerus καὶ οὕτω σπουδαίων, Scheibius διὰ τούτους (τοὺς κινδύνους) ἀν τιμηθῆναι coniiceret. Sed haec omnia vereor ne sint otiosa, utpote quae ex antecedentibus per se ipsa intelligentur. Quod Kayserus saepius suasit *πρ. τῶν κατεργ. τὴν κάθοδον ἔμιν τιμηθῆναι*, id quamvis respondeat bene sententiae, tamen violentius est, quam ut possit probari, praesertim suspecto illo *συν* non emendato sed expulso. Contra quod Franckenius l. c. p. 236 scribendum esse putat *πρότερον ἄλλων κατεργασμένων* ita illud quidem superioribus coniungendum, ut καὶ οὕτω (nihil minus) sic demum suo loco collocetur, id, quamquam prima specie verum videatur, vere tamen non est, nam infringit illa in quibus summum positum est momentum contrarie relata vocabula *πρότερον* et *τελευταῖος*. Deinde non video, quomodo, Philo tota re peracta et perpetrata si venisset, futurum fuerit, ut vel minima subiret pericula. Tum certe — quoniam *κατεργασμένων* pertinere non potest ad *κινδύνους*, sed ad id quod audiendum est *πρόγματα* — scribendum fuisset *πρότερον ἄλλων τὰ πλεῖστα κατεργασμένων*. Itaque nondum deiectus sum ab ea quam dudum cepi coniectura Lysiam — similiter ut est apud Thuc. VI,

90, 2 — scripsisse πρότερον τῶν κατεργασαμένων ἡ καὶ οὕτω συντιμηθῆναι Tum habemus quo, iis quae contraria sunt servatis, tollitur quod inter se repugnat, quum orator affirmet, ne iisdem quidem quibus alii ornentur honoribus dignum esse Philonem, nedum ut prius quam alii de republica optime meriti Phylenses publicis beat fungi muneribus.⁴ Quod praeterea etiam offensioni erat nonnullis οὕτω συντιμηθῆναι, id quamquam non satis dilucide et distincte est dictum, ut τοίτοις συντιμηθῆναι scribi malis, tamen ferri posse mihi videtur. Nam illud οὕτω explicationem suam habet in causa quae agitur ipsa, qua id efficere studet accusator, ne Philo amplissimo senatorum ordine dignus existimetur.

Non minus in oratione VII de olea habitant inveniuntur, in quibus vel post subtilissimam eorum qui de Lysiae orationibus egregie meruerunt curam est quod offendas. Ac primum duo sunt loci, in quibus ὡς post comparativum legitur positum, quod apud prosae orationis scriptores num fieri possit, non iniuria dubitari videtur a viris doctis. Atque his ipsis locis eiusmodi usum certe non probari, id facile me demonstraturum esse spero. Leguntur autem §. 12 p. 272 R. haec verba Ἐγώ τοίνυν ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ, δοσοι με φάσκοιεν δεινὸν εἶναι καὶ ἀκριβῆ καὶ οὐδὲν ἀν εἰκῇ καὶ ἀλογίστως ποῖσαι, ἡγανάκτονν ἄν, ἥγουμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὡς μοι προσῆκε τοῦ δὲ πάντας ἀν ὑμᾶς βούλοιμην περὶ ἐμοῦ ταῦτην τὴν γνώμην ἔχειν. Offendit iam Taylorus qui proposuit ἡ ὡς μοι προσῆκε, nec qui secuti sunt viri docti locum sanum esse existimaverunt. Sed quod tum inesse volunt „indignabar quod plus de me dici arbitrabar i. e. maiorem mihi affingi fortitudinis, diligentiae, prudentiae laudem, quam quae ad me pertineret“ quomodo verbis sic scriptis ἥγουμενος μᾶλλον λέγεσθαι ἡ ὡς προσῆκε significari potuerit, semper ego dubius haerebam, nec scrupulum umquam mihi evelli passus sum, quod non μᾶλλον sed πλειων vel πλέον dicendum

4) Haec dum scribo recordor Hyperidis orationem pro Lycophrone col. 9. p. 27, 9 Schn. σὺ δὲ οἱ μόνον περὶ τῶν συντιμῶν τοὺς λόγους πεποίησαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν ἔμηρ διετάτεις καὶ παραγγέλλεις τοῖς δικαιοσταῖς, περὶ ὃν δέι αὐτοὺς ἀκούειν κελεύειν με ἀπολογεῖσθαι, καὶ περὶ ὃν μὴ δῆν λέγειν. Quod hic delendum esse censuit Westermannus ἀκούειν, id quidem videtur habere rectissime, dummodo inserta particula ea quae necessaria est restituta sententiārum coniunctione scribatur: ἀκούειν ἡ κελεύειν κτλ. (vide similem sententiam pro Euxenippo col. 41 p. 14 Schn.) Atque ea particula eo facilius potuisse videtur omitti si, ut fit, cum antecedente littera N in unum coniuncta legebatur scripta ΑΚΟΥΕΙΝΚΕΑΙΕΥΕΙΝ.

tum fuisse suspicarer. Itaque vel adiecta illa quae abesse putatur particula nihil quidquam efficitur. Quod quum recte intellexisset Sauppius ingeniose, ut solet, coniecit scriptum fuisse *αἰρούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὡς μοι προσῆκε*, et assentientes habuit multos. Unus Sintenisius (Philol. VI p. 750), quod sciām, non iniuria offendit in ea coniectura, quod tum non diceretur quid aegre ferret reus, sed potius quid gratius ei fuisset futurum. At qui id magis desiderat, is vere non habet, cur alteri succenseat. Exspectatur igitur potius aliquid, cuius nomine succensere potuerit is qui audiret. Neque id potuit significari vocabulo *αἰρούμενος*, sed eo ipso quod recte positum mihi quidem esse videtur *ἱγούμενος*, neque tamen ita illo quidem intellecto, uti volunt, sed potius ita ut disiuncto illo ὡς ἐμοὶ προσῆκε ab comparativo et hoc ipso ad verbum λέγεσθαι relato diceretur *ἱγούμενος λέγεσθαι, μᾶλλον ὡς ἐμοὶ προσῆκε sc. ποιεῖν* („ratus dici potius quemadmodum facere deberem, quam quemadmodum facerem“). Altera autem illa enuntiatio η̄ λέγεσθαι ὡς ὄντως ἐποίουν, ut quae facile possit intelligi, omissa est, et recte potuit omitti. Iam Reiskius hanc enuntiationem ita interpretatus erat ὡς μοι προσῆκεν εἶναι η̄ ὡς η̄, nisi quod illud quod ego intelligi posse censeo adiicere voluit, quod ipsum non εἶναι sed ποιεῖν esse debebat eoque magis esse potuit, quod proxime antecessit illud οὐδὲν ἀν εἰκῇ καὶ ἀλογίστως ποιῆσαι. Ceterum si cui verba sic explicata videantur intellectu esse difficiliora, is velim ita ea prouuntiet quemadmodum scripsi, ut intenta voce acuat μᾶλλον et προσῆκε, et omnis, opinor, difficultas tolletur et obscuritas. Verum est locus, quo quis uti possit ad confirmandam illam quam reieci coniungendi rationem *ἱγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι* η̄ vel η̄ ὡς μοι προσῆκε, sed ille quidem magnae dubitationi subiectus. Leguntur enim apud Thucydidem lib. II c. 42. de iis, qui fortiter pugnando pro patria occubuerunt, haec verba: *τὴν δὲ τῶν ἐναρτίων τιμωρίαν ποθειοτέραν αὐτῶν* (sc. τοῦ πλούτου καὶ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ) *λαβόντες, καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες ἐβούληθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι, ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσει ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ η̄δη δραμένον σφίσιν αὐτοῦς ἀξιοῦντες πεποιθέντες καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι η̄ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρόν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δὲ ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν.* Qui ut solet, copiosissime et doctissime de hoc loco explicavit Classenius, postremo tamen, in quo cardo rei versatur, facere non potest, quin dicat, verbi μᾶλλον *ἱγεῖσθαι* ea qua hic legatur significatione (pluris aestimare) dicti nullum inveniri exemplum, ut

praestare videatur cum Dobreo κάλλιον scribere. Sed simile quid modo dixerat Thucydides καὶ κινδύνων ἄμα τόρδε κάλλιστον νομίσαντες, ut vel hoc nomine non magnam veri speciem habere dicas illam ut facilem ita subtilem conjecturam. Quemadmodum autem μᾶλλον ἡγεῖσθαι in illo Lysiae loco coniunctum intelligi posse vidimus, ita hic quoque recte intellectum non erit quod disiungamus, quamquam sanum et integrum hunc locum omni ex parte esse negaverim, nec eius qui hic quoque eam quae requiritur sententiam recte perspexit Heilmanni conjectura ἡ τῷ ἐνδόντες quidquam profici putaverim, quam Krahnerum (Philol. X p. 489) secutum esse ex Classenii annotatione cognovi. Qui haec Thucydidis verba affert Dionysius Hal. ep. 2 ad Ammae. c. 16, is non omnino tenet illam quae est in optimis Thucydidis codd. scripturam, sed aliam quae ipsa in aliquot minus bonis Thucydidis libris mss. invenitur: καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν, unde facillime vitium quod latet tolli posse videtur. Scripserat enim, opinor, Thucydides καὶ ἐν αὐτῷ ἔαυτῷ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι κτλ. Tum igitur μᾶλλον neque cum scholiasta pro ψεύσσον positum esse existimandum, neque cum Krügero ad Dion. Hal. I. c. p. 239 cum παθεῖν coniungendum aut cum eodem in annot. ad Thucydidem I. c. ita explicandum est, ut ἡγησαμ. μᾶλλον idem sit quod *secuti magis*, quod sententiae quamvis maxime conveniret, minime tamen in verbis sic scriptis inesse posset. Potius μᾶλλον ἢ illud disiungit duas enuntiationes inter se contrarias, quarum altera significavit orator officium quod illi qui in pugnam proficerentur sibi iniunctum, (*έαυτῶν (εἰναι) ἡγησάμενοι*), altera illud quod quam maxime fugiendum esse sibi crederent dedecus (*ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι*), ut μᾶλλον — ἢ hic quoque usitata sua significatione *magis* vel *potius quam* positum nec cum ἡγεῖσθαι coniungendum esse appareat. — Neque aliter habet μᾶλλον in illo loco Xenophontis Cyrop. III, 3, 19 ἡμᾶς δ' αὐτοὺς θαρράλεωτέρους τὸν κινδυνὸν οὕτως (terrorem incutiendo hostibus) ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι τοῖς δὲ πολεμίοις μεῖζω, πολὺ ἀν μᾶλλον. καὶ δ' πατήρ ἀεὶ λέγει καὶ σὺ φῆς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες ὅμολογοῦσιν, ὡς αἱ μάχαι ποίονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς ἢ ταῖς τῶν σωμάτων φύμασις, qui nuper non satis recte videtur esse tractatus a Pantazide διορθ. παρὰ Ξενοφ. II p. 14. — Is enim scribendum esse proposuit πολὺ γὰρ μᾶλλον, quod ita coniungi voluit cum verbo ποίονται, ut verba καὶ δ' πατήρ — ὅμολογοῦμεν tamquam interiecta quaedam essent enuntiatio. Et H. Sauppius id ita probavit (Diar. Gotting. 1866 no. 52), ut ὡς et μᾶλλον delendum, ἀν in δι transformandum esse diceret. Verum haec

omnia tam sunt violenta ut, si tantis vere opus esset artificiis, praestaret sane cum Dindorfio et G. Sauppio et Breitenbachio verba πολὺ ἀν μᾶλλον omnino delere. Quamquam non potest causa ex cogitari, qua quis adscriperit ea quae nihil quidquam per se ipsa posita significarent. Itaque mihi videtur esse simplicissimum servato illo πολὺ ἀν μᾶλλον iungere illud quo sequentia cum antecedentibus nexa fuisse consentaneum est vinculum. Referendum est enim πολὺ ἀν μᾶλλον ad verbum λογίζομαι, et ἀν ea qua saepius est adiectum ratione, ut modus verbi ex iis quae praecesserunt intelligatur cf. Hermann. de part. ἀν p. 187. Sic h. l. ad πολὺ ἀν μᾶλλον facile cogitatione additur λογίζομην εἶναι (sc. τὸν κίνδυνον ἡμῖν μὲν ἐλάττω, τοῖς δὲ πολεμίοις μείζω) et in illo πολὺ ἀν μᾶλλον simpliciter posito idem inest quod verbis καὶ ταῦτα π. ἀν μᾶλλον adiectis potuit efferri sc. λογίζομηρ εἶναι. Iam quod sequitur καὶ facile appetat iungendum esse particula εἰ, vel ἐπει, vel etiam ὅσον. Ac plane similiter legitur in oratione c. Neaeraim §. 44 p. 1359 R. ἵν' εἰδῆτε δύτι καὶ αὐτὸς ἄξιός ἔστιν οὐκ ἐλάττω δοῦναι δίκην ἢ καὶ Νέαρα αὖτη, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μείζω καὶ μᾶλλον, ὅσῳ Αθηναῖος φάσκων εἶναι πολὺ τῶν νόμων κατεπεφρόνηκε κτλ. Potuit enim sine dubio hic quoque ponи quod apud Xenophontem iniuria fuit offensioni: πολλῷ μείζω, πολὺ ἀν μᾶλλον, ὅσῳ κτλ.⁵

Sed revertamur ad id unde hue degressa est oratio. Sequitur enim aliis locus eiusdem Lysiae orationis de olea §. 31. ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἀπαντά προθυμούτερον πεποίημα ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἡγαγαζόμην, καὶ τριηραρχῶν καὶ εἰσφορᾶς εἰσφέρων καὶ χορηγῶν καὶ τάλλα λειτουργῶν οὐδενὸς ἡττον πολυτελῆς τῶν πολιτῶν. Hic quoque plerique censem ὡς positum esse pro ἦ, vel etiam scribendum esse quod voluit Cobetus, ἢ ὡς — ἡγαγαζόμην. Sed

5) Utor hac opportunitate ad commemorandum et, si potero, emendandum alium locum Xenophontis, de quo vehementer est dubitatum. Quod enim legitur Cyrop. 1. 6, 33. ἐγένετο οὖν ἐκ τοίτων ὥρᾳ ἢ καὶ τοῦ χρώμενα ἔτι, ἀπλῶς διδάσκειν τοὺς παιδεῖς ὁ σπερδοτοῦς οἰκεῖος πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διδάσκομεν ἀληθεῖεν καὶ μὴ ἐξαπατᾶν καὶ μὴ πλεονεκτεῖν· εἰ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῖεν, κολάζειν, δπως σὺν τοιούτῳ ἔθει ἔθισθέντες προστέροι πολῖται γένοιντο id quomodo scriptum fuerit, quum sive σὺν ἔθει sive ἔθει ἔθισθέντες nihil sit, in medio nuper se relinquere dixit Dindorfius, ratus non leve scripturae vitium sed illatum aliquod esse scholion. Mihi lenior videtur inveniri posse medicina ac suspicor, Xenophontem scripsisse σὺν vel ἐν τοιούτῳ ἔθει αἰδεσθέντες, cuius suspicionis firmandas non leve aliquod momentum videtur inesse in iis quae sequuntur ἐπει δὲ ἔχοιεν τὴν ἡλικίαν, ἢν σὺν τοῦ ἔχεις ἡδη, καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους νόμιμα ἀδόκει ἀσφαλές εἶναι διδάσκειν. οὐ γάρ ἀν ἔτι ἐξενεχθῆναι δοκεῖτε πρὸς τὸ ἄγνοιο πολῖται γενέσθαι, εν τῷ αἰδεσθατι ἀλλήλους συντεθρόαμενοι.

nescio an minus recte. Nam non apte, opinor, dicitur promptius aliquis quae mandata erant fecisse, quam ab urbe coactus fuerit. Minime enim prompto animo ut praestentur omnia flagitat respublica, sed simpliciter sumptus dari iubet necessarios, ut eiusmodi comparatio, qua sumptus se dedisse diceret orator magis prompto animo quam ipsa urbs postularet, mirum sane aliquid haberet ac singulare. Nec possunt, opinor, opinionem hanc firmare eiusmodi loci, qualis est ille apud Isoer. de Antid. §. 145 τὰς ἀλλα λειτουργίας πολυτελέστερον λελειτούργηνται καὶ κάλλιον ὡν οἱ νόμοι προστάττοντι vel apud Lysiam ipsum Or. XXV §. 12 πλειώ τῶν ὑπὸ τῆς πόλεως προσταττομένων ἐδαπανώμιν, nam id ipsum hoc quoque loco orator indicat iis quae sequuntur τὰλλα λειτουργῶν οὐδενὸς ἥπτον πολυτελῶς τῶν πολιτῶν, ut orator plane eadem bis dixisse videretur, si priora illa ἄπαντα προθυμότερον πεποίηται ὡς καὶ ita quemadmodum volunt intellexisset de magnificentia eorum quos publice impendit sumptuum. Itaque mea magis eo inclinat sententia, ut illo ὡς iniici mentionem temporis, quo ex ordine constituto necesse fuerit sumptus illos publicos dare oratori, comparativo autem plane eodem modo oratorem usum esse existimem, quo saepissime simpliciter ita positus invenitur, ut proxime accedat ad significationem superlativi. Ceterum non nego, προθύμως quod proprie promptum animal significat, Lys. c. Mantith. §. 17 οὐ γὰρ μόνον τὰ προσταττόμενα ἐποίουν προθύμως, saepius etiam ad eam referri quae inde sequi solet in munere suscepto abundantiam. Sic apud ipsum Lysiam Or. XXI §. 23 οὐδεπώποτε, λειτουργεῖν ὑπὲρ ὑμῶν δέον (ἐμνήσθη), εἰ τοσούτῳ πενεστέρους τοὺς παῖδας καταλείψω, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰ μὴ προθύμως ποιήσω τὰ προσταχθέντα, et (Dem.) c. Euerg. et Mnesib. §. 48 ἐμὲ ἥδικησαν λειτουργοῦντα μὲν ὑμῖν προθύμως, ποιοῦντα δὲ τὰ προσταττόμενα, sed propter eam quam supra iam attuli causam, quod tum in sequentibus iteratam commemorationem haberemus munerum publicorum lau-tissime editorum, id minime in hunc quidem locum cadere posse existimaverim.

Sed restat, ut dicendum esse videatur de loco aliquo Hyperidis nuper invento, qui si recte haberet, certissime illius de quo agitur usus veritas evinceretur. Scripta enim sub finem orationis funebris in papyro haec verba inveniuntur: οἵμαι δὲ καὶ τοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν τῷ δῆμῳ βεβαιότατα ἐνδειξαμένους, λέγω δὲ Ἀριόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, οὐθενον σοντῷ αὐτοισοικειοτερον συμειν εἶναι νομίζειν ὡς Λεώσθενη καὶ τοὺς ἐκείνῳ συναγωνισαμένους οὐδὲ ἔτέροις ἢ τούτοις πλησιάσαι ἐν Αἴδον, quae ita esse legenda videntur οὐδένας οὐτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους ὑμῖν εἶναι νομίζειν

ως Λεωσθένη. Nolo hic copiosius afferre omnia quae ingeniosius quam verius scribenda esse proposuerunt viri docti, quorum alii comparativum cum ως coniunctum retinendum, alii aut illum aut particulam mutandam esse censuerunt. Sed utrumque necessario erit retinendum, aut tota illius loci natura pervertetur. Et appareat facile illud ως non cum comparativo sed cum οὗτως esse coniungendum. Quod si tenemus (*οὐδένας οὗτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους ἕμπν εἶναι ως Λεωσθένη*), comparativus sane nihil habet, quo referatur, idque signi esse debet, aliquod vitium in ipsis illis verbis insedisse, quod facile, opinor, indagaveris, ubi consideraveris, comparationem quae requiritur, minime pertinere ad Leosthenem eiusque socios cum Aristogitone et Harmodio collatos, sed ad illos ipsos tyrannicidis praeter ceteros omnes Athenienses gratos et acceptos. Scripsisse enim videtur Hyperides *οὐδένας οὗτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους ἕμπν εἶναι ως Λεωσθένη κτλ.* (neminem *tam* sibi esse *vobis* gratiorem *quam* Leosthenem). Sunt igitur coniungenda οἰκειοτέρους ἕμπν, ut quod hoc modo dicere maluit, id etiam aliter expressum significare potuerit orator *οὐδένας οὗτως πάντων εἶναι αὐτοῖς οἰκειοτάτους ως Λεωσθένη* vel ως omissio *πάντων* ἕμπν οἰκειοτέρους *αὐτοῖς εἶναι Λεωσθένη* κτλ. (Leosthenem cum suis longe vobis omnibus apud se gratia praestare). Alia etiam est ratio, qua quis fortasse haec verba expeditre maluerit, ut occisorum pro patria cum tyranicidis necessitudo comparetur cum ceteris omnibus Atheniensibus, quorum nemo *tam* consanguinitate et propinquitate dicatur attingere tyrannicidas, *quam* Leosthenes cum sociis. Tum sane scribendum erit *οὐδένας οὗτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους* ή *ἕμπν εἶναι νομίζειν ως Λεωσθένη*. Verum utut statueris, id certe appareat, servata particula et eo qui cum ως coniunctus esse putatur comparativo, nisi alia multa mutaveris, minime hunc locum posse explicari, ut ne his quidem verbis novum usus illius exemplum accessisse existimandum sit.

Sed ut oratio desinat qua coepit, venio iam ad locum pro desperato paene relictum, ut, qui post doctissimorum et sagacissimorum virorum curas veri inyenendi studio incensus denuo eum tractandum suscepere, is si non laudem, at excusationem certe sperare posse videatur. Leguntur enim in Lysiae orat. XIII c. Agoratum §. 86 p. 504 R. haec verba: *Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ Ἐνδεῖα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οἱόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε παὶ δισχυρίζειν σφόδρα ὁρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον τὴν ἀπαγωγὴν ἀπέγειν ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τότε ἐπ' αὐτοφάρῳ, η ὅπου ἀν η κτλ.* Dionysius, qui hic

commemoratur, frater erat Dionysodori taxiarchi, quem triginta viri falso Agorati crimine delatum capitibus damnaverant. Quod scelus ut ulciscerentur, aliquot annis post ipse cum fratre uxoris occisi Dionysodori, cui Lysias orationem scripsit, Agorato ad Undecimviro rapto causam intenderunt, cuius libello, quo certius Agoratus condemnaretur, Undecimviri ipsi suaserunt, ut formula adiiceretur ἐπ' αὐτοφάρῳ. Cui exceptiunculae Agoratus, ut par erat, quum repugnasset, orator id agit ut demonstret, iure ac merito eiusmodi actioni (*ἀπαγγῆ*) esse locum, quamquam non in ipso scelere deprehensus fuerit Agoratus. Haec quidem per se ipsa quum satis pateant, singula tamen oratoris verba multis nominibus obscura sunt. Ac primum quidem non satis perspicitur, quae-nam sit totius conformatio enuntiationis, cuius praeterea etiam quam maxime laborare videtur sententia. Hinc factum est, ut Sauppius in ep. ad G. Hermannum p. 142 sic scribendum esse coniiceret: δοξοῦσι δὲ ἔμουγε οἱ ἔνδεκα — οὐκ οἰδέμενοι Ἀγ. συμπρ. τότε καὶ διορ. σφ. δρθ. π. Λιονίσ., τὴν ἀπ. ἀπάγειν, καὶ ἀναγ. πτλ. „Videntur mihi Undecimviri, qui in ius vocationem acceperunt, minime Agoratum adiuturi, rectissime fecisse, quod et institerunt ut Dionysius ἀπαγγῆ Agoratum reum faceret, et Dionysium coegerunt in libello addere hoc ipsum ἐπ' αὐτοφάρῳ.“ Quae sententia rectissime haberet, nisi per interiectum illud σφόδρα δρθῶς ποιῆσαι vetaremur δισχυρούμενοι cum Λιονίσιον τὴν ἀπάγειν coniungere, quum illud in quo sumnum est momentum σφόδρα δρθ. ποιῆσαι sic interpositum duabus illis enuntiationibus non debeat obscurari, quod ante καὶ δισχυρούμενοι necessario erat ponendum. Huc accedit quod δισχυρούζεσθαι non ea qua Sauppius voluit significatione *instandi et hortandi* videtur posse dici. Itaque hoc quidem nomine rectius postea Sauppius cum Rauchensteinio versati in hoc loco emendando scripsisse videntur δοξοῦσι — ταύτην, οὐκ οἰδέμενοι Ἀγορ. συμπρ. τότε, ἀλλὰ δισχυρο., σφ. δρθ. π., Λιον. τῇ ἀπαγωγῇ ἦν ἀπάγειν, ἀναγ. προσγρ. τό γε ἐπ' αὐτ. quam coniecturam ex parte praeceperant Taylorus et Sluiterus lectt. Andoc. p. 255. qui tamen τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν scripsit et σφόδρα δρθῶς ποιῆσαι Λιονίσιον ab illo δισχυρούμενοι suspensa esse voluerat, quod quidem rectius habere videri possit, quum δισχυρούζεσθαι vix per se ipsum positum intelligas. Praeterea ἀλλά pro eo quod est in codd. καὶ positum habet sane quod offendat. Quorum sententiam Franckenius p. 96 ita est secutus, ut τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγοντ' ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι scriberet, sed verba καὶ δισχυρούμενοι deleret, quae difficillimum sane est intellectu, quomodo tandem in ordinem verborum venire potuerint.

Aliam viam ingressus est Frohbergerus, qui reliquis in verbis Sauppii coniectaram secutus, praeterea scripsit οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπάττειν τῷ δικαίῳ
ἰ σχυριζόμενοι, quo inferri aliquid dicas, quod per se ipsum intelligi videatur. Denique medicinam quam adhibuit Bakius in Mnemos. VIII p. 309 δοκοῦσι —
Ἐνδεκα οὐ παραδέξασθαι ἀν — συμπό. τὸ ἐπ' αὐτὸφώρῳ καὶ δισχυρίζομαι
σφ. δρ. π. Λιον. προσγράψαντα τοῦτο δπον ἐνῆν δτι πρῶτον μὲν κτλ. verbis
τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες et τότε ἐπ' αὐτοφώρῳ post προσγράψασθαι
ἐxpulsis, carnificinam istam, ut ait Cicero, potius dixeris et crudelitatem. Equidem multo facilius quam hueusque factum est, corruptissima quae evidentur esse
verba in integrum restitui posse suspicor, ut eandem plane contineant senten-
tiam, qua orator causam affert, cur Agorato in formula illa adscripta ἐπ'
αὐτοφώρῳ nihil praesidii esse possit, quum iure suo Undecimviri eam Dionysium
libello adscribere iusserint, quo certius lite ἀπαγωγῆς Agoratum circum-
venire posset. Scripsisse enim Lysiam existimaverim fere hoc: Δοκοῦσι δ'
ἔμοιγε οἱ Ἐνδεκα οἱ παραδ. τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην οἰόμενοι Ἀγοράτῳ ἄλλως
συμπάττειν, τόδε καὶ δισχυρίζομένω, σφ. δρ. π. Λιονίστον τὴν ἀπάγειν,
ἀναγ. πρ. τὸ γε ἐπ' αὐτοφώρῳ. Tum iungenda sunt haec verba δοκοῦσι δ' ἔμοιγε
οἱ Ἐνδεκα — σφόδρα δρθῶς ποιῆσαι Λιονίστον τὴν ἀπάγειν hac sententia:
„Undecimviri mihi evidentur rectissime Dionysium commovisse, ut litem ἀπαγωγῆς
intenderet, quum eum cogerent, ut formulam ἐπ' αὐτοφώρῳ adscriberet.“ Cardo
rei versatur in illo σφόδρα δρθῶς, nam ita paratur ea quae sequitur refutatio
exceptionis qua Agoratus usus erat, quod in ipso facto non esset deprehensus.
Eo igitur quod coegerunt Undecimviri Dionysium, ut formulam illam adscriberet,
effecerunt ut eam omnino intendere licet Agorato litem, qua condemnatum
iri sperandum esset. Scripsi autem δισχυρίζομένω, ut eadem ratione qua antea
dictum esset de Agorato, qui firmiter tenere studet illud, in quo praesidii ali-
quid sibi esse putet, quum in Undecimviros vel maxime sententiam suam
confirmantes minus convenire videatur. — Verum nondum rem absolvimus, nam
restant ultima illa verba ἡ δπον ἀν ἡ, quae nullo modo quum possint expli-
cari, non defuerunt qui ut adscripta delenda plane esse censerent. Sed primum
non facile intelligitur, quo consilio adscripta fuerint, deinde vero etiam ea quae
post illud ἡ δπον ἀν ἡ leguntur verba πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίον ἐν τῇ
βουλῇ, εἴτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναῖον ἀπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράφας τινὰς
ἀποκτένεις καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου; quamquam et ipsa non satis possunt
intelligi, tamen apparent coniuncta aliquando fuisse cum antecedentibus, ut non

necessarium esse videatur quamvis ingeniosis illis assentiri Sauppii conjecturis, quae usque adhuc plerumque in editionibus positae inveniuntur ή πῶς οὐκ ἀν εἴη; πρῶτον μὲν ἐντακοσίων ἐν τῇ βούλῃ, εἴτα πάλιν ἐντακτον Ἀθηναῖον ἀπάντων ἐν τῷ δίμῳ ἀπογράψας. τις ἀν ἀποκτείνει καὶ αὕτιος γένοιτο τοῦ θανάτου; quae verba etiam eo nomine minus apta videntur, quod addita spectarent ad caedem ipsam potius quam ad actionem instituendam, ad quam propter antecedentia necessario pertinent. Nec magis apta est eorum quae sequuntur conformatio, quum exspectetur aut ἀπογράψαντος αὐτοῦ aut, quod Frohbergerus recte sensit, δοτις — ἀπογράψας ἀποκτείνει. Denique in ea quae tum sequitur interrogatione τις ἀν ἀποκτείνει καὶ αὕτιος γένοιτο τοῦ θανάτου; necesse esset adderetur ἄλλος, neque recte abesset illud in quo summum inest momentum ἐπ' αὐτοφώρῳ, quum Agoratus ipse antea dicatur fateri culpam necis, non tamen illius ἐπ' αὐτοφώρῳ perpetratae, ut hic quoque illa caedis tamquam forma, non caedes ipsa, quam fatetur Agoratus, omnino demonstranda fuisse videatur. Quae si recte disputata sunt, satius videbitur statuere, totam quae sequitur enuntiationem πρῶτον — θανάτου proprie in unum coniunctam et suspensam fuisse ab illis quae hodie corrupta leguntur verbis ή δπον ἀν ή, quae fuit quum coniicerem scripta fuisse ή δπον ἀν δ πρῶτον μὲν — ἀποκτείνει κτλ. Sed intellecto non satis simpliciter illam enuntiationem ab oratore formatam esse malim iam scribere οδ δήπον ἀν ἄλλη πρῶτον μὲν — έν. Ἀθηναῖον ἀπάντων δ ἀπογράψας τινάς ἀποκτείνει καὶ αὕτιος γένοιτο κτλ. Tum habemus certe quod et requiritur ad eam quae addita est conclusionem recte faciendam, et vero etiam convenit praegressae quacum artissime coniunctum est enuntiationis conformatio. Quam ego conjectura illa efficere studui sententiam, eandem secutus est Reiskius, quum scriberet ή δπον ἀν τις μᾶλλον ἀνδροφόρος ἐπ' αὐτοφώρῳ ή (vel εἴη) ή δται πρῶτον, in quibus verbis praeter violentiam emendationis etiam illud δπον offendioni esse debebat sic intellectum: „quomodo quis magis homicida — habeatur?“ Quod reliquum est, illud δ ἀπογράψας τινάς cui languidum videbitur et otiosum, — et sunt qui delendum esse censeant, quod infra legitur τις οὖν ἄλλος αὕτιος ή σὺ ἀπογράψας, non adiecto accusativo — ei fortasse magis placuerit scribi ἀπογράψας τις ἀν ἀποκτείνει, — quae verba certe ob duplex illud ἄν possum offendioni esse non potuerint, quum pluribus verbis interpositis particula illa ab eo verbo quocum coniungi debet longius avulsa sit, quam ut non videatur concinnitas orationis repetitionem requirere, cf. G. Hermann. de part. ἄν ep. V. p. 188. — Denique

ne ea quidem quae sequuntur οὐ γὰρ δίπον τοῦτο μόνον οἶεται ἐπ' αὐτοφάρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μεχαίρῃ πατέξῃ παταβάλῃ, ἐπεὶ ἔν γε τοῦ σοῦ λόγου οὐδεὶς φανήσεται ἀποκτείνας τοὺς ἄνδρας, οὓς σὺ ἀπέγραψας recte haberet, quum οἶεται passiva significatione dictum nondum certis locis quisquam probaverit. Itaque varia medicina verbis parata est a viris doctis, qui maxime aut νομίζεται aut νοεῖ τὸ scribendum esse censuerunt, quorum alterum ab Herwerdeno inventum et a multis probatum, quamquam apud poetas et apud Platonem potissimum scriptum legitur,⁶⁾ tamen dubito, num oratoribus tribui possit, apud quos, quamquam saepissime data erat occasio, nunquam tamen huius generis dicendi exemplum me legere memini. Itaque aliud quid latere existimo in corrupto illo οἶεται, quod si de Agorato ipso, id quod voluit Reiskius, intelligendum esset, certe οἶεται scribendum fuisse. Nec magis probandum est quod Westermannus voluit οἶει, quo Agoratus quam ipsam sententiam habere antea incusatur, eam deinde sequi negaretur, quod fieri sane non poterit. Flagitari videtur, ut intelligatur aliquid communi omnium sententia comprobatum. Itaque scribere maluerim οὐ γὰρ δίπον τοῦτο μόνον διμολογεῖται ἐπ' αὐτοφάρῳ. Nec quidquam habet offensionis illa apostrophe ἐπεὶ ἔν γε τοῦ σοῦ λόγου, quam erant qui improbandam et expellendam censerent, quamquam cum in aliis orationibus, tum in hac maxime Lysiam usum ea fuisse invenies aut ita, ut omnino orationis aliqua parte accusator ad reum se converteret cf. §. 26 — 28. 32. 59. 61., aut ita ut sedatis verbis quae facta essent exponens indicibus subito aversus oratione ab eorum persona in reum ipsum vehementissime invehernetur, ut §. 48. 53. 58. 75 et 87.

Verum haec hactenus. Plura enim quominus scriberem, prohibitus sum adversa valetudine, qua quidem, ex quo ante hos duos annos ex pestifero illo, qui tam multis letalis fuit, morbo Dei omnipotentis clementia ereptus convalui, perpetuo fere laborans, hoc ipso anno aliquantum temporis gravissime etiam vexatus dolebam, ut ne subsecivis quidem cum aliquo fructu uti possem tem-

6) De sententia hominis dictum est Pl. Rep. I, 335 E. εἰ ἄρα τὰ διειλόμενα ἔκάστῳ ἀποδιδόνται φηστ τις δίκαιον εἶναι, τοῦτο δὲ δῆ νοεῖ αὐτῷ, τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην διειλέσθαι παρὰ τοῦ δίκαιου ἀνδρὸς, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν, οὐκ ἦν σοφὸς ὁ ταῦτα εἰπών. Similiter de oraculi (Ar. Plut. 55) et de legis sententia (Ar. Nub. 1168.) et de singulis vocabulis, ut Cratyl. p. 407 E. 416 A.

poribus. Quo factum est, ut hunc libellum, cuius scribendi officium libertissime suscepeream, retentum animo, remissum temporibus, longo intervallo intermissum tempore constituto quum ad umbilicum adducere non possem, quae diu multumque meditatus chartae aliquando mandaveram, ea denique raptim et tumultuaria quasi quadam opera his ipsis feriarum diebus conscriberem, usque dum thermas Carolinas iamdudum adire iussus, nisi omnem spem periclitari velle et eventum, extremae tandem temporis necessitati parere coactus essem. Quo magis qui haec legent mihi rogandi sunt, ut aequi omnia bonique velint consulere et quos errores deprehenderint, humane mihi eos condonare.

Index locorum.

Hyperid. Or. fun.	p. 25	Lysias XXVII, 14	p. 18
- p. Lycophr.	- 21 n.	- XXVIII, 15	- 19
Lycurg ap. Stob. II, 31	- 13 n.	- XXXI, 10	- 14
Lysias VII, 12	- 21	- - 15	- 12
- - 30	- 25	- - 26	- 12
- XIII, 57	- 14 n.	- - 31	- 20
- - 86	- 26	Plato Legg. XII, 960 C.	- 18 n.
- XIX, 38	- 15	Thueyd. II, 42	- 22
- XXIV, 14	- 6	Xen. Cyr. I, 6, 33	- 24 n.
- XXVI, 12	- 3	- III, 3, 19	- 23
- XXVII, 1	- 17		

semper Basili iurisdictio immodice acito, incendiis tantum in Asia minoris est) apud hos
immodicem offensum cogit, ordinatus intercesserit, quoniam numerus annorum pars
anno rite sunt, missis non etiam nos incolamus haec non contumacem. Tamen
incuria de iniuria supradicta non ignorat etiam obstinatio vellet, ut nihil impunito
minime regatur, meritorum eiusque curiositatem ei in etate sacerdotum anno aucti
melleri inserviunt; inde nunc tamen, agere nulla voluntati sententia ex exercitu
900 missas emissas ex eo, ita sacerdotem anniversari modice vescerit. Unde et re
tros iudeas emulnus annuo dicas in anno ibi rego, id est propterea non huius
ordinationem nisi tamquam sacerdotem vestrum servare debet.

N. 16.10001 x 9941

21. 1. 16.10001	11. MVZZ. subal.	12. 3.	13. 3.	14. 3.
21.	21. HVVZ.	22. 3.	23. 3.	24. 3.
21.	21. LCC.	21. 3.	21. 3.	21. 3.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	22.	22.	22.	22.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.
21.	21.	21.	21.	21.